



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

Chokier, Érasme de
Coloniae Agrippinae, 1684

31. Confessio exempti coram Ordinario, an & præjudicet.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

Illud obiter non est prætereundum, quod ordinarius cui Pontifex rescribit per verba facientia eum delegatum, non tenetur servare formam istarum loci cui præest, licet fecus, inquit notanter Baldus & Felinus, quando excitatur ejus jurisdictione ordinaria. Bald. cap. licet in fine ubi id explanat. de foro ordinarij. Fel. cap. cum delecta num. 12. vers. Et scias de rescript. 1.

Q U Æ S T I O XXXI.

Confessio exempti coram ordinario an ei præjudicet.

S U M M A R I U M.

1. Confessio facta coram incompetente, non probat plenè.
2. Confessio si sit solennis, præjudicat exemptis.
3. Nobilitas non potest Domino interverti.
4. Exemptus potest se suero ex capite Pa. pe.
5. Acta gesta coram incompetente non probant.
6. Pater veniens ad defensionem filii, potest ejus confessionem revocare.
7. Pater veniens ad defensionem filii, potest ejus confessionem revocare.

Questio ista duplex est: prior, an consentienti præjudicet, posterior, an superior.

Quoad prius, licet confessio judicialis notorijs juribus plenissime probet, si tamen ea emanaverit coram iudice incompetente, ejusmodi confessio non faciet plenam probationem. Fel. cap. si Clerici, num. 5, de judic. Steph. Ausfrer. de potestate Sacul. super Eccles. personis reg. 3. num. 16. Bellam. conclus. 449. Innocen. cap. per inquisitionem de elec. Anton. de Aulis in aureo repertorio verb. confessio facta coram iudice competente fol. 81. quod verum esse ferunt quidam, cum iudex coram quo emanavit confessio, planè est incompetens, adducto ad Castrenf. in l. Magistratibus num. 3. ad verb. competentem in fine ff. de Jurisd. om. judic.

Quod posterius, si emanet coram ordinario incompetente, dicendum uti in priora membro, si vero coram competente, puta cuius jurisdictione excitata aux delicta que exempta ejus rector est, sed non Papæ seu superiori subjectionem possidenti. text. ubi Abb. cap. dilectus num. 4. § 18. vers. nam vides de Capellis Monachor. § num. 4. cum Apost. tum quia confessio Rectoris præjudicat Ecclesiæ si sit solennis, habeatque assistentiam juris communis, vide Fel. cap. quoniam num. 11. de præscript. ubi latè distinguitur et alios allegat. Carocius de juramento lris decisorio quest. 40. principali fol. 293. vide Bellam. concil. 695. ubi latè de confessione Prælati, late Redoanus tract. de rebus Eccles. non alienandis quest. 51. cap. 21. num. 10. § quest. 56. ca. 1. n. 13. § 17. § 2.

Tura

Tum quia subditus nequit Domino possessionem subjectionis suae intervertere, praestando alteri obedientiam, quam diu Dominus est in possessione. Innoc. e. cum venisset de rest. in integr. c. olim. 3. de rest. spoliar. cap. venerabili de sensib. Ideoque potest exemptus si non ex proprio capite, tamen ex persona & capite Domini seu superioris ejusmodi prejudicialem confessionem irritare, scripsi supra li. 1. c. 35. noi. Fel. c. an dicitur n. 25. de prescrip.

Quae de confessione dicta sunt, obtinent etiam in quovis actorum vel sententiarum genere, quae facta coram incompetenti, non probant coram competenti, at vero & contra probationem inducunt, vide Franc. cap. fin. n. 2. de except. in 6. late Castr. conf. infra citato.

Quod autem dixi, confessionem factam in praedictum exemptionis irritari posse ex capite & persona superioris, id fit ad instar patriae vel Dominicae potestatis, patrum enim aut Dominus veniens ad defensionem filii vel servi, confessionem ab eis emissam revocare potest, l. 2. ubi DD. ff. de noxali causa. Id quod latius argumentando in hac exemptionum specie probavit appositè Castrensis. conf. 431. n. 5. par. 1. fol. 223. probavimusque crebro aptissime duci argumentum ab ejusmodi generibus potestatum ad hanc exemptionum materiam par. 1. cap. 1. § 45. Quippe ex jure patriae Dominicae alteriusve ejusmodi potestatis derivatas fuisse exemptiones late supra notatum est d. lib. 1. c. 1. nu. 12.

QUESTIO XXXII.

Exemptus litigans coram ordinario, an jurare possit secundum suam intentionem & non illius cui juratur?

SUMMARIUM.

- 1. Jurare potest secundum conscientiam, qui contra juris ordinem ab incompetente iudice cogitur.
- 2. An idem obtineat in testibus.
- 3. An eiusmodi iuramenta subsistant saltem in in vim pacti.
- 4. Testis deponens falsum in iudicio, non tamen in forma iudicii, non committit crimen falsi, neque de falso puniri potest.

Regulare est apud Casuistas, quod is qui iniquè interrogatur, possit justè respondere quod nescit, intelligendo non eo modo se scire, quo illud dicere tenetur. Navarrus in ca. inter verba 11. qu. 13. conclus. 6. & in Manuali ca. 12. num. 88. & in repetit. c. humana aures 22. qu. 5. per tot. Adrian. in 4. de confess. dubio 10. col. 3. & in quodlib. 11. l. 1. in ca. Angel. de Perusio l. adeo §. si tibi ff. de cond. ob. turp. caus. Anania ca. qui cum iure col. fin. de furt. In exemplum est quod de S. Francisco adfertur, qui rogatus

B b